

N.
731



2



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAJ. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Co. 2.



GRYPHEM POMERANICUM
AVUL & BRANDENBURGICIS
Paulis Janus archiepiscopus

FRINGIFRAX DOMINICUS

DN. FRIDERICO
WILHELMO

MARCHIONI BRANDENBURGICO
SACRAE CAMERARIE ELECTORALI

SECRETARII
HABITATIONIS
IN REGIA UNIVERSITATE
MAGNIFICENTISSIMO

ROBERTO KANTZKE

LIBRARIUM

GRATIA

GOVERNORIS UNIVERSITATIS

FREDERICI LEOPOLDI BARTHOLINI

PHYSICUM JOHANNIS FRIEDRICH



GYPHEM POMERANICUM
AQVILÆ BRANDENBURGICÆ
Fauftis fanè avibus

Sereniffimo atq; Potentiffimo

PRINCIPE AC DOMINO,

**DN. FRIDERICO
WILHELMO**

MARCHIONE BRANDENBURGICO,

S. R. J. ARCHICAMERARIO ET ELECTORE,

DUCE

PRUSSIÆ SUPREMO, MAGDEBURGI, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM,
STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM AC VANDALORUM;
IN SILESIA ITEM CROSNIÆ ET CARNOVIÆ:

BURGRAVIO NORIMBERGENSI: PRINCIPE HALBERSTADII,
MINDÆ ET CAMINI: COMITE MARCÆ ET RAVENSBERGI, DYNASTA
IN RAVENSTEIN, LAUENBURG ET BUTOW,
&c. &c.

Redivivo Germaniæ Alcide

RUGIA

STRALSUNDA

ET

GYPHISWALDA

CONTINUIS VICTORIIS SUBACTIS,


ADJUNCTUM

Devotiffimè

GRATULATUR

FRIDERICUS JACOBUS BARTHOLDI

Francof. Mefomarch.



Francofurti ad Viadrum,

Typis Heredum JOHANNIS ERNESTII, Acad. Typogr. A. 1678.

DR. ERICH RICE

WILHELM

MARCO...
BURC...
MINE...
PRO...
K...
B...
P...

RODOLPH...
G...
G...
G...
G...

A...

JOHANN...
K. P.



Serenissime atq; Potentissime
PRINCEPS AC DOMINE,
DN. FRIDERICE
WILHELME,
MARCHIO BRANDENBURGENSIS,

S. R. J. ARCHICAMERARIE ET ELECTOR,
D U X
PRUSSIÆ SUPREME, MAGDEBURGI, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM,
STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM AC VANDALORUM;
IN SILESIA ITEM CROSNÆ ET CARNOVIÆ:
BURGRAVIE NORIMBERGENSIS: PRINCEPS HALBERSTADII
MINDÆ ET CAMINI: COMES MARCÆ ET RAVENBERGI, DYNASTA
IN RAVENSTEIN, LAUBENBURG ET BÜTOW,
&c. &c.

Alcides Magne,
ALEMANNICE, POMERANICE,
PIE, FELIX, INCLYTE,
VICTOR AC TRIUMPHATOR AUGUSTE,

Domine Clementissime

Si
APELLES PINGERET, VIX ADUMBRARET,
APOLLO DICERET NON EXÆQVARET
LAUDES TUAS ET LAURUS

DOMINE BENIGNISSIME,
PATERE TAMEN ET IGNOSCE,

TE
Vilibus quoque probari
INGENIIS
tu presentiarum
A SERENITATIS TUÆ

Devotissimo Servo

F. J. B.



DEUTSCHLAND

WILHELM

MARSHALL

1871

FRANZ
STERN
EINIGER
KUNDE

ALLEMANCE

CONCORDIA

PROSPERITAS

INDUSTRIA

COMMERCIUM

AGRICULTURA

LIBERTAS

JUSTITIA

VERITAS

SCIENTIA

ARTIS

INDUSTRIAE

COMMERCIUM

AGRICULTURA

LIBERTAS





Rugia subjugata,
Stralesunda expugnata,
Gryphiswalda capta

&

*Invicta adhuc
Pomerania devicta!*

Jo itaque Fama!

Non Vana jam ficti,

Sed

Vera, victi Pomeranici nominis nuncia,

Centum & quæ habes, plura ora resolve

Singulas illas singularesque victorias

Quas plurimis hausisti auribus,

Innumeris lustrasti oculis ipsa

Totidem linguis deprædica præcox!

Majora quidem fide videberis nunciare,

fidem tamen invenies statim

simul ac

Illustre

INVICTI VICTORIS

A

HERO-

HEROIS INCOMPARABILIS,
DOMINI
FRIDERICI WILHELMI
MAGNI ILLIUS GERMANIÆ ALCIDIS

Præfata fueris nomen.

Qui

Turbatum disidiis orbatum subsidiis ,

Orbem Germanum

sua rexit ac erexit fortitudine,

Ac

INTEGER veluti ATLAS

fulsit constantissime.

Cruentatis jam & foedè rubentibus

multo ipsorum fuso sanguine

Gallorum liliis.

Potuiſſes fanè

HOC ASSERTORE TUO & VINDICE

Germania,

Dulcem tibi polliceri requiem,

Atque

Exoptata perfrui malacia,

Nisi eorum obfuiſſet malitia,

Quorum infidus ac invidus animus

non poterat tantam,

TANTI PRINCIPIS ferre magnitudinem,

Cujus

Cujus illustrissima serenitas
perstrinxerat eorum oculos.
Adeò suspecta est limitaneo populo
Vicini felicitas
Eaque mortalibus insita est natura,
Ægre egregiam aliorum inspicere fortunam,
quos
Dum vident felices, invident.
Hæc namque causa,
Quod prædabundus
INNOCENTISSIMI PRINCIPIS regiones
Nocentissimus inuaserit olim exercitus.
Qui si uspiam alibi,
hic profecto
Ex rapaci ungue leonem prodidit
Et Nemeæo illo
si non ferior, certe non inferior,
longe lateque vastare perrexisset omnia,
nisi maturè
SUUM in FRIDERIGO WILHELMO
reperisset HERCULEM.
Assurrexit HIC
Contra fatalem hostem impavidus,
formidabilemque ejus exercitum
tam scitè, tam citò

In

In *Ratnovia* & prope *Febrbellinum*
dejecit in pedes
ut omne ille in pedibus
reliquum habuerit auxilium
felicior prædator inventus quam præliator

Sic
fugiente hoste, stetit *Marchia*,
in felicem formam
iterum transformata

Atque
septem dierum impendio
feliciter restitutum compendium
totumque territorium redditum tutum

à FELICISSIMO PRINCIPE

tot MERITO Civicas

quot ruinae vicinos

servavit Cives.

Indignum autem videbatur HUIC

Ulterius de perditis gloriari inimicis

Nisi

Quiritium quiritatus

permutasset beneficiis,

Antequàm punire pergeret maleficia hostium :

ante belli ulterioris aleam

Securitatis eos refecisset olea.

Hoc



Hoc præstito,
hostiles demum terras intravit
nervum eorum omnem studens enervare.

Hic

Validiorem longè
ac Stymphalides alites erant, avem
Pomeraniæ sc: Gryphem adortus,
quem

In *Wollino, Usedomia*
Wolgasto, Anclamio, Demmino,
Sedino, Dammiog,
Impenetrabilibus ipsius penetralibus
ita deplumavit,

ut nudato plumis fereque exanimi,
Vix respirare licuisset,
nisi **BRANDENBURGICIS INSIGNIBUS**

maximis benignitatis signis
benignè fuisset insertus.
Supererat nihilominus adhuc,
Amazonius baltheus

id est

Maris Baltici
potissima pariter ac potentissima ora
ori Svecorum eripienda.

Nec defuit

B

ma-

magni conatus AUCTORI & ACTORI,
felicissimus eventus.

RUGIAM enim

In qua impensè adhuc rugiebat Leo,

Undis tutam ac profundo,

Viris munitam ac viribus,

Meatu carentem, abundantem commeatu,

Non tantùm aggressus, sed etiam ingressus,

fratris hostibus, prostratis munimentis,

Dubium reliquit,

Majoremne laudem sit meritus

Quòd continentem in continenti vicerit,

An

quòd non in solo tantùm, sed in ipso quoque salo

Salutis *Marchicæ*,

fundum & perenne fundamentum molitus sit.

O ingentes magnæ virtutis passus!

Quàm prosperè illi omnia eveniunt,

qui adversa quærit!

Intrabant mares mare,

ut terram vincerent.

Ibant naves

fortibus instructæ militibus,

Ut hostes premerent ac perimerent.

Primùm quiescendo sævientem Neptuno,

mox

mox serviente,
nec usquam fluctuante PRINCIPIS constantia
inter fluctus,
qui virtuti ac justitiæ cedere dociles,
Non movebant tantum navigia sed & promovebant.
Æquitati aqua favebat,
Astra & aura conspirando conspirabant:
Ipsa tellus
Ultrò NOVUM recipiebat DOMINUM.
Vix cohortes se invicem cohortatæ,
terram conscenderant,
Cum VICTOR cædendo confunderet omnia,
Hostesque justæ iræ hostiæ,
Cedendo & recedendo,
Profugi quærerent perfugium
Atque
post fortunæ naufragium,
Ipsi naufragarentur.
Sic *tota Rugiana Ditio*
momento fecit deditionem.
Tantum ergò juvat
bonam causam eduxisse in expeditionem.
Nam
securè militant, qui DEUM habent COMMILITONEM
nec quicquam hosti nocentius,
quàm

quàm innocentia.
Injustorum verò armorum felicitas,
diuturna non est,
neque unquam iniquæ causæ
fovens eam astitit DEUS favensque fortuna.

Documento hic hostes sunt,
Qui alios, eo tantum eventu,
Nuper superaverant,
ut præmium victoriæ,
FRIDERICO WILHELMO
relinquerent,

Amplissimumque gloriæ EJUS
adderetur auctoramentum.

QVI

de *devictis* semper *Svecis*,
nunc
de *victore* quoque *hostium exercitu*,
tantò gloriosorem egit triumphum,
quantò difficiliorem,

Et

(quod maximum)

Tot tantisque victoriis incubuit quidem,

Sed non intumuit,

Semper SUI SIMILIS, semper IDEM.

Vittricia enim sua ac ultricia arma

admo-

admovens STRALESUNDÆ,
(Qvam SPATIOSÆ URBI ET SPETIOSÆ!)

non tumorem,
(quod aliis solenne esse confvevit victoribus)
sed admirabilem præ se gesit clementiam.

Dum
legationibus prius quam legionibus
Incolarum tentavit animos,
Quò gravior armis,
eò benignitate svavior.
Errat proinde,
Quisquis à belluis bellum dictum putat,
Bellum potius bellum,
Modo Bellonæ iustus animus,
Marti benigna adjungatur Clementia,
ferrique acies ingenii temperetur acie.

Monebat cum in finem,
summa dignos indignatione, *indigenas*,
BENIGNISSIMUS PRINCEPS,

Sed nihil,
tunc ludentes mox, lugentes, movebat.

Quos enim pervicacia obfirmat,
Plectas facilius quam flectas.

Exceptit ergo rigorem,
non minor PRINCIPIS vigor.

C

Surge-

Surgebant jamjam non molles arenarum moles,
stabant instrumenta bellica,
Adversa omnia minitantiã averfis,
nocentibus innocenter nocitura.

Nihilominus,

In hoc tanto motu, tanto metu,
ad frugem, sub FRUGI PRINCIPE

Redire recusabant *Cives*,

Malo affectu, pejore effectu,

Infelicibus *Svecorum* amplexibus implexi,

Clementiamque excipiebant dementia,

Obstinati,

perire potius quam parere,

Forſitan,

Malis ſuis luſtrandi, illuſtrandi ignibus.

His uſus eſt PRINCEPS INVITUS,

contra *eos*,

quibus faverat *invitis*,

Tam feliciter,

ut poſtea,

deletis ædibus deſletisque bonis ſuis,

ſerio licet ſerò,

orando ac plorando,

ſupplices deprecarentur ſupplicia

pœnasque majores poenitentia vitarent.

Malo

Malo suo edocti:
Neminem tutò fatis
Manibus confidere aut moenibus.
Non enim justus intra muros,
fortissimo Duce exercitus,
Cujus robur, rubori ipsi fuit,
tantum sustinere potuit impetum
nihilque in illo Pomeraniæ firmamento,
fatis firmum,
In Martis adytis
fatis abditum.

Namque
Adversus ferentia tormentorum, tonitrua.,
frustra *Stralsundenses* suum fulmen.,
Adversus intolerabilem VICTORIS fulgorem,
frustra, ludens illud, non lædens,
vibrabant fulgur
Et quicquid efficerent, nihil officiebant.

Ardebat *Urbs*,
Quæ malè in *Svecos* exarserat.,
Et regalem affectum,
rogali flamma expiabat.,
Eadem *sibi* pyra & pyrausta.
Idem quoq; illud incendium,
quod *Civitatem* consumpserat & *Cives*,

Maxi-

Maximo suo ardore,
Svecici militis oppresit ardorem
adegitque eò,
Ut fasces submitterent & fastum,
Insveti tantum virtutis & ignis perferre æstum
sub frigido Sole nati *hostes*.

En!

Quantæ molis fuerit,
ex suis disturbare molibus,
Leonem Balticum.

Qui aliis ejici mediis aut remediis
non poterat
quàm ignibus.

Plenam Plinio concilians fidem
testanti :

flamma terreri leones maximè.
Cujus profectò flammæ fumus,
Atram, gloriæ hostili, obducet nubem.

TUAM autem,
ILLUSTRISSE VICTOR,
Illustrem antea famam,
In urbe & orbe reddet illustriorem.

A vi enim,
Non *Vis* sed *Fus* TE liberat,
SERENISSE FRIDERICE WILHELME,

Dum

Dum damnū,
quod suā culpā sentiunt incolæ,
sentire non creduntur.

Ipsa verò, felix imposterus erit

Infelicitate hac sua, *Civitas*,

Et favente Fato,

meliozem sortita sortem,

resurget illustrior.

Sub PIO quippe VICTORE,

Vivaci lauro vivacior felicitas,

succisa melius succedit.

Sentiet majores post fulgur hoc,

salutis fulgores.

Postquam ILLUD subjectorum COLUMEN,

PRINCIPUM LUMEN,

QVOD

Non præesse tantum suis,

Sed prodesse novit,

NOVAM *Urbi* SERENITATEM intulit.

QVare

Calamitatibus missis,

Ad VICTOREM reflecto calamum,

QVI non

Ut vincat tantum, sed victoria etiam utatur,

Nec bellet tantum, sed debellet,

D

Victo-

Victrice jam palma, aliam prensat palmam.
Non ignorans:
Instandum faventi fortunæ,
atque,
prout prima cesserunt, procedere universa.
Recenti igitur errore ac terrore *confusos hostes*,
In *Gryphiswalda* operibus clausit,
quò in *Pomerania*,
Omnes *Svecis* vires demeret ac diminueret.
Sed,
Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.
Malis alienis eruditi
Gryphiswaldenses,
fidem fecerunt dicto:
Docent quæ nocent.
Hinc Extrema pati noluerunt,
Atque, ne foedè perirent, foedere icto,
Diffidentia sua fidissimi
In benignitate VICTORIS
fiduciam posuerunt.
Ipsa namque DUCIS existimatio,
Armis exiit & animis *vix obsessos*.
Tantum confert bellatoribus,
fama gestorum.
Nec fanè poterat excludere ulterius,

PA-

PATRONUM SUUM ac PATREM,
mansveta Musarum sedes.

Sed hilari affectu,
Benignum, CUI serius placuisse displicuit,
recipiebat APOLLINEM,

Obliteratas REDUCENTEM literas,
Viridique Victoriarum lauru,
CINCTUM PRINCIPEM.

CUI unius victoriae finis,
Initium erat ac indicium sequentis.

Idem quippe principium & finis,
In illa triumphalium coronarum periphæria.
Incidit sanè AUREUS HIC PRINCEPS,

In ferreum planè hostem.

Integro triennio,
Pugnavit ac triumphavit continuo,
Nullus non mensis fuit Martius,
nullus non Augustus,

AUGUSTISSIMO PRINCIPI.

Imò
(quod stupescit mundus)

Tres excellentissimæ
ab invicto hoste Victoriae

Trium mensium,
vel (si accuratius numeramus)

Tri-

Trium dierum spatio partæ ac reportatæ,
totidemque annis,
universa Pomerania subacta,
Quodque nullis effici posse videbatur sæculis,
Tribus annis, mensibus & diebus, effecit
FRIDERICUS WILHELMUS.
Currant ergo Romanorum Cursores & Celeres
Ad nominis immortalitatem,
Celeri BRENNORUM AQVILÆ,
ad immortalitatem volare est liberum,
Gemino impofterum alarum remigio.
Junctus enim *Pomeraniæ Gryps,*
AQVILÆ BRANDENBURGICÆ,
Illudque *Svecorum nil ultra*
in *plus ultra* felicissimè permutatum.
Adeste itaque huc, solertes Lysippi nepotes,
Minimeque celandas, in auro cælate laurus!
In ebore vivat & marmore,
Vivida, invictaque virtus
FRIDERICI WILHELMI
Adeste *gratisimi Cives,*
Tot animate colossos
SERVATORI VESTRO,
quot servatas, ab IPSO geritis animas!
Tuq; Marchia,
Obvi-

Obviam procede ELECTORI,
Julia, JULIO AUGUSTIOREM
suspice DUCEM:

Clivia, paria meritis para
egregiumque instrue triumphum
DOMINO TUO:

Montes exultate:

Prussia, adora adoresque honora
HEROEM GOTHICUM,

VANDALICUM, POMERANICUM, BALTHICUM,

Quem brevi videbis PRUSSICUM.

Neque enim nunc feriari incipit,
Sed ferire adversarios pergit

Et, dum *Pomeraniæ* jam dominatur,

Minatur *hostibus* alibi.

Sed, deponent, si sapiunt, *Sveci*,

Rupibus suis nativoque ferro, duriora pectora,

ne *Pomeraniæ* Capturam,

Livoniæ excipiat jactura.

Tu vero *Pomerania*,

Venerari incipe,

ut BENIGNISSIMUM PATRIÆ PATREM,

Vereri desine, ut JUSTISSIMUM HOSTEM,

felicitalis *Tuæ* PRINCIPIUM,

ILLVD PRINCIPUM, non EXEMPLVM,

E

sed

sed EXEMPLAR,
non TYPUM sed PROTOTYRON.
Respice SOSPITATOREM HUNC
& despice *suspectum*,
quod olim suscepisti, *peregrini imperium*.

Trepidasti hactenus,
hodie tripudia felix,
Ex peregrino jugo,
In Germanam vindicata libertatem,

Fida Marchie Germana.

Maneant munimenta tua,

hostilis impotentiae

fatale monumentum,

Virtutis

FRIDERICI WILHELMI

Immortale monumentum.

At vos Germani celebres!

Celebrate VINDICEM VESTRUM

CLII, ut hactenus staretis,

In acceptis feratis, oportet.

QVI semper ADVERSUS *Adversis*,

Nunquam a Virtute AUERSUS,

acerrimè vos defendit,

Ac per discrimina propria

ex omni liberavit discrimine.

Assur-

Assurge NOMINI EJUS

Ipsa Europa,

Jaceres hodie, confusum veluti chaos,

Deserta incolis, viduata urbibus,

belli flamma grassante ubique,

nisi commodis *tuis* SEMET

accommodasset TOTUM

Exstinctoque in *Pomerania* bello

In *Suo te* paulisper refovisset SINU.

Ipsè orbis,

Venerare REDIVIVUM HUNC HERCULEM,

Qui vel SOLUS suffèrre te sufficeret, si deficeres.

Hic Aurea Hesperidum mala,

malo discordiæ malo ejecto,

sopito Custode, decerpèt,

hoc est:

Aurea Pacis tempora *tibi* restituet,

felicissimaque Metamorphosi,

Lauru in olcas transformata,

Galeam cum galero,

sagum cum toga permutabit,

EODEM Pacis (Qui & victoriarum fuit.)

AUSPICE EXISTENTE DEO.

HOC AUCTORE

SERENISSIME PRINCEPS

sine

sine ullo infelicitatis appendice
FELIX in perpetuum vives, vigebis,
virebis, florebis,
nec in syllabâ quidem, TUA permutata felicitate,
ne unquam ex FELICI videamus INFELICEM.
Sic, vel de pace, omni ævo cœva,
terris per TE restituta,
vel de *victis in Prussia hostibus*,
amplissimam gratulandi,
consequemur materiam,
TEQUE vel PACIFICUM prædicabimus,
vel PRUSSICUM & LIVONICUM,
QVEM hodie miramur POMERANICUM.

Subscribite votis Fata,

Tuque Fama,

Rugiâ subjugatâ,

Stralsundâ expugnatâ,

Gryphiswalda capta,

Et

Invicta hæctenus

Pomeraniâ devictâ

nobiscum exclamare perge:

IO TRIUMPHE!

per orbem ingeminare, perge!

IO TRIUMPHE!





Nf 731. 2°



Wm

18





GRYPHEM POMERANICUM
AQVILÆ BRANDENBURGICÆ
Fauftis fanè avibus

Serenissimo atq; Potentissimo

PRINCIPE AC DOMINO,

**DN. FRIDERICO
WILHELMO**

MARCHIONE BRANDENBURGICO,

S. R. J. ARCHICAMERARIO ET ELECTORE,

DUCE

PRUSSIE SUPREMO, MAGDEBURGI, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM,
STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM AC VANDALORUM;
IN SILESIA ITEM CROSNA ET CARNOVLE:

BURGRAVIO NORIMBERGENSI: PRINCIPE HALBERSTADII,
MINDÆ ET CAMINI: COMITE MARCÆ ET RAVENSBERGI, DYNASTA
IN RAVENSTEIN, LAUENBURG ET BÜTOW,
&c. &c.

Redivivo Germaniæ Alcide

RUGIA

STRALSUNDA

ET

GRYPHISWALDA

CONTINUIS VICTORIIS SUBACTIS,


ADJUNCTUM

Devotissime

GRATULATUR

FRIDERICUS JACOBUS BARTHOLDI

Francof. Mefomarch.



Francofurti ad Viadrum,

Typis Heredum JOHANNIS ERNESTI, Acad. Typogr. A. 1678.

